Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8221
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Differentia longitudinis est 4 g. 7 m. multiplico ergo 4 g. ꝑ 4 minuta temporis ꝓueniunt 16 minuta temporis. Reliqua 7 mi: ~~temporis~~ Gradib. adherentia negliguntur, qa nondum minutum temporis constituunt.

Iam quia noster locus est Orientalior hanc differentiam a nostro tempore subtraho. s. a 19 hor. & 30 m. aufero 16 minuta temporis, & restant 19 hor. & 14 m. s. tempus reductum & ꝑparatum.

III. Tempus aut sic ꝑparatum etiam aequandum est hac ratione. Cum loco ☉ ingredior tabulam aequationis dierum q est in Ephem. fol. 53. Et ibi in prima columna uersus sinistram q re Gradus loci solis qb. respondet minuta ~~solis~~ & secunda in eadem linea transuersali sub signo ☉ inuenta.

Secunda negliguntur, sed minuta ex illa tabula reꝑta subtrahenda sunt a tempore ꝓposito, & ꝑparato, & habetur tempus aequatum. Ut ☉ die 4 Aprilis obtinuit 24 G. V. Cum hoc loco ingredior tabulam, & inuenio ꝑ 5 minuta subtrahenda ex 19 horis & 14 mi. Quia uero 25 minuta ex 14 non demere possum, igitur resoluo unam horam in Minuta et fiunt 18 horae, & 74 mi. ex qb. aufero 15 mi. & manent 18 horae & 59 mi. tempus ꝑparatum & aequatum.

De inquirendis ueris locis Planetarum.

Planetarum, item Capitis & Cauda motus, qui in Ephemeridib. Scripti sunt ad meridiem diei ꝑnotati